

cinctus, nudisque pedibus prosecutus, asperissima frigoris, & aestus, famis, & sitis summo cum vitæ discrimine perpessus est incommoda. Reversus in Italiam, novam ad sanctum Domini Sepulchrum peregrinationem molitur; sed quominus propositum exequatur, varia, atque gravissima intercedunt impedimenta, divino Numine ad altiõra & sanctiõra religiosam juvenis indolem retrahente. Porro in Siculo Monte biennium inter assiduas preces, vigillas, chameenias, & jejunia commoratus; divinã subnixus ope, caeco lumen restituit, cujus miraculi famã percrebescente jam Guillelmus latere non poterat: quare iterum Hierosolyman cogitat, & alacris se itineri committit.

R. Honestum fecit illum Dominus; & custodivit eum ab inimicis, & à seductõribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

DEi autem monitum, qui eidem apparuit, à proposito revocatur, utilior ac fructuosior tamen apud Italos, quam apud externas Nationes futurus. Tum Monasterium in Virgiliani Montis Cacumine, quod deinde Virginis est appellatum, loco aspero, & inaccesso mirandã exædificat celeritate. Socios deinde viros, & Religiosos adscicit, eosque ad vivendã normam Evangelicis præceptis, & consiliis summo opere accommodatam, tum certis legibus ex beati Benedicti institutis magnã ex parte desumptis, tum verbo & sanctissimis vitæ exemplis informat.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lo-

ricam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

ALIIS deinde Monasteriis erectis, clarior in dies Guillelmi facta sanctitas, multos ad eum undique viros perducit, sanctitatis odore, & miraculorum fama allectos. Nam muti loquelam, surdi auditum, aridi vigorem, variõque, & immedicabili morbo laborantes, sanitatem ipsius intercessione receperunt. Aquam in vinum convertit, aliaque complura mirabilia patravit; inter quæ illud non silendum, quod muliercula ad ejus castitatem tentandam missa, in ardentibus prunis humi stratis illesum, se voluavit. De qua re certior factus Rogerius Neapolis Rex in summam viri Dei venerationem adducitur. Demum tempore sui obitus Regi, aliisque prænuntiato, innumeris virtutibus & miraculis clarus obdormivit in Domino, anno salutis millesimo centesimo quadragésimo secundo.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia in Evang. Ecce nos reliquimus. lxxij.

In Laudibus & Vesperis fit Commemoratio S. Joannis.

FESTA JULII.

DIE V. JULII.

In Festo B. Michaelis à Sanctis Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lv. præter sequentia.

In Hymno mutatur tertius Versus.

Oratio.

MISERICORS Deus, qui beatum Michaellem Confessorem tuum

mo-

morum innocentia, & mirabili charitate præstare voluisti: concede quaesumus ejus intercessione; ut à vitio liberati, & igne tui amoris incensi, ad te pervenire mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit Commemoratio Octavarum Apostolorum.

In primo Nocturno, Lectiones de criptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

MICHAEL à Sanctis, Vici in Hispania citeriore piis, & honestis parentibus natus, mundum ante contempsisse, quam agnovisse visus est. Penè infans perpetuum virginitatem Deo vovit; cumque rei conscus pater nuptias illi per jocum proponeret, in lacrymarum effusis puer, atque ad Desparæ Virginis aram confugiens, emissum votum multo etiam ferventius renovabat. Sexennis ad Sanctorum vestigia secunda in Monseni spelincam secessit: in qua dum patientis Christi mysteria de genu piis affectibus, lacrymisque prosequitur, ab iis, quos pater ad eum querendum submiserat, deprehensus, domum redire cogitur. Neque tamen de præconcepto severioris vitæ proposito quidquam remisit. Unicum illi erat rerum cœlestium desiderium, perpetua cum Deo consuetudo, innocentis vero carnis maceratio, major, quam ut tenera illa ætas ferre posse videretur. Nam singulis hebdomadis ter jejunans, somnum super samentorum fascibus, saxo capiti proposito, carpens, flagellis in se ipsum acerrime sævire, quin etiam aliquando corpusculum, Sancti Francisci exemplo, in spinarum acerrum conjicere, & cruentandum volutare non dubitavit. Quibus, aliisque cruciarum generibus admirabili illi penitentia proludèbat, quam

postea ad hominum stuporem tantopere adauxit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductõribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

ANNO ætatis duodecimo nondum expleto, solus, & pedes egradiens de domo & cognatione sua, Barcinonem contendit; ibique Sanctissimã Trinitatis Redemptiõnis Captivorum Ordinem inter Calceatos amplexus, quamprimum per ætatem licuit, solennia vota nuncupavit. Paucis inde post mensibus ad strictiorem Discalceatorum ejusdem Ordinis familiam se transtulit. In hac nova regularis disciplina palestra, mirum est quot, quantisque virtutum incrementis, etiam inter continuas studiorum exercitationes, superioris vitæ sanctitatem cummulaverit. Eã enim religione leges omnes servabat, ut nullam ex iis, vel minimam violasse compertus fuerit. Virginitatem, quam quinquennis Deo voverat, inviolatam undique, illibatamque ad obitum usque servavit. Unicã, eãque obsoletã utebatur tunicã. Asperissimis ciliciis, ferreisque flagris corpus cruciabat. Jejunii cultor perpetuus, & semper abstemius, aliquot per hebdomadam dies sine ullo prosum cibo, potque transigebat; reliquis vero parcissime, ac duriter vesceretur. Somno brevissimum temporis spatium indigens, reliquum noctis dabat piis meditationibus, ac cœlestium rerum contemplationi; quarum desiderio ita flagrabat, ut eum de cœlesti patria, aut verba ipse faceret, aut dicentem quam-

piam audiret, extra se rapi omnino videretur.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Et ad portas paradisi coronavit eum. Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Um Deum toto mentis affectu diligere, summis eum precibus exorabat, ut sibi cor novum tribueret, in quo purior arderet flamma charitatis. Quo ex tempore cor ejus ineffabilibus cepit affluere deliciis, & novis divini amoris æstibus effervesce. Rem divinam facturus, eo animi sensu ad aram accedebat, & tantâ religione sacris operabatur, ut adstantes ad peram magnopere inflammaret, & cum sacramentum calicem in manu attolleret, a sensibus penè alienatus appareret. Nec minore erga proximos charitate flagrabat: quos & privatis consiliis, & publicis concionibus, & assiduâ sacramenti penitentiæ administratione juvare nunquam prætermisit. Cum verò propter hæc non populi modo, sed vii etiam principes ejus sanctitatem admirarentur; ea tamen erat animi demissione, ut se demonibus ipsis deterrere affirmaret. Tandem cum fratribus iterum præesset, ad innocentis ac penitentis vitæ præmia vocatus, eo quem prædixerat loco & tempore, purissimo spiritu Deo reddidit Vallisletii, die decimâ Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, ætatis vero trigésimo tertio. Quem multis ante, & post obitum miraculis clarum Pius Sextus Pontifex Maximus beatorum fastis adscripsit.

Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam:

Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Sint lumi vestri præcincti, lxj.

In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Apostolorum.

DIE VII. JULII.

In Festo Sancti Firmini Episcopi & Martyris. Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xvj. præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

Eus, qui per fidei præconium, & passionis agonem beatum Firminum Episcopum & Martyrem immortalitatis laureâ coronasti: concede propitius, ut ejus celebramus triumphum, assequamur & premium. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Irminus Pampelonæ nobilissimus paréntibus Firmo & Eugénia natus, unâ cum illis à beato Saturnino Episcopo Tolosano baptizatus est, à quo, & Honesto Presbytero, ut Christianâ religionem imbueretur, traditus, tantum in ea profecit, ut regiones circumquaque Evangelicis documentis, & vitæ sanctitate illustraret. Episcopus Pampelonensis creatus, terrenis facultatibus in pauperes erogatis, ad munus Apostolicum se accingens, cum intelligeret per universam Galliam inferri sævam Christianis persecutionem, Pampelonâ discedens, multas Galliarum

ur-

urbes perlustravit, atque ab idolorum cultu innumeram multitudinem Agennensium, & Andegavensium ad Christi fidem convertit; Domino ejus doctrinam multis miraculis confirmante.

Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. Descenditque cum illo foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Indè Bellovacum petens, cum pro extirpanda idololatriæ superstitione plurimum laboraret, à Valerio Præsede comprehensus, & flagellis usque ad necem cæsus, in carcerem conjectus est. Sergio autem Valerii successori reservatus, eo loco inediâ, & squalorem diu patienter tulit; sed vi à populo liberatus, in ea civitate diutius prædicavit. Ecclesiam in honorem Protomartyris Stéphani, aliasque nonnullas construxit. Indè Ambianum perrexit, ubi quadraginta dierum spatio, multis editis miraculis, tria hominum millia ad Christi fidem convertit, sacroque baptisate abluvit. Porro Sebastianus, & Longinus Præsides, cum certo scirent, Firmini prædicatione multas suæ provinciæ urbes, idollis contemptis, Christum colere, Treviris Ambianum quam celerrimè advenrunt: & Firminum graviter objurgatum, quòd contra imperalia edicta novam religionem induceret, in carcerem detròdunt. At populi seditionem veriti, intempèste noctis silentio eum capite pleci jussérunt, septimo Kalendas Octobris.

Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. Quoniam pravenisti eum in benedictio-

nibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Jus corpus Faustiniâns senator, qui ab ipso Firmo fuerat lavacro baptismatis regeneratus, clam sepelivit, quod ibi latuit usque ad Theodoricum Regem: quo tempore Salvius venerabilis Ambianensium Antistes assiduis precibus à Deo impetravit (ingenti super sepulchri locum lumine radiante, & ex eodem suavissimo odore ad vicina usque oppida fragrante) sancti Martyris reliquias sibi revelari. In quarum translatione elementa etiam ipsa visa sunt ei obscurum præstitisse. Nam Idibus Januarii, cum hiems esset horrida, subito omnes regionis arbores floribus, & foliis virentibus vestitæ, prata liliis ac rosis plenas omnibus ardebant. Denique multi ægròti, & infirmi ob mèrita Sancti Firmini illa die integram sanitatem recuperarunt.

Stolâ jucunditatis induit eum Dominus: Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus: & aquâ sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno, Lectiones de Homilia S. Augustini Episcopi. In Evangelium Amen, amen dico vobis: Nisi granum, ut in Festo S. Laurentii Martyris, x. Augusti.

DIE VIII. JULII.

In Festo Sanctæ Elisabeth Regine Portugaliæ.

Duplex ij. Classis, cum Octava. Omnia ut in Breviario Romano. Per totam Octavam S. Elisabeth fit de Sanctis occurrentibus, ut in Breviario, cum Commemorazione Octavæ juxta Rubricas generales.

DIE

DIE IX. JULII.

Secunda die infra Octavam
Sanctæ Elisabeth.

Omnia dicuntur, ut in die Festi,
præter Lectiones primi Nocturni,
quæ dicuntur de Scriptura occur-
rente, & Lectiones secundi, &
tertii Nocturni, quæ dicuntur ut
infra.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Gregorii Nazianzæni.
In laudem S. Gregorii, circa medium.

LECTIO IV.

BEata Elisabeth pudicitia quidem laude adeo præstitit, adeoque non modo omnes ætatis suæ mulieres, sed etiam veteres, quæ eo virtutis genere floruisse dicuntur, antecelluit; ut, cum in duo hæc genera vita nostra omnis divisa sit, nimirum in matrimonium, & cœlibatum (quorum alterum ut præstantius & divinius, ita majoris quoque laboris & periculi; alterum humilius quidem & abjectius, cæterum minori periculo obnoxium) vitæ utriusque status incommodis, quicquid in utroque commodi erat, delegerit, in utrumque coegerit, alterius nempe sublimitatem, alterius securitatem; fueritque citra supercilium pudica, cœlibatus commoda matrimonio neutrans, ac re ipsa ostendens, temperum horum suapte naturæ tale esse, ut nos prorsus vel Deo, vel mundo adstringat, vel ab his penitus nos separet.

R. Audi illa, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.
V. Et concupiscet Rex decorem tuum. **X.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Et concupiscet.

LECTIO V.

Non enim quia carni conjuncta erat, idcirco à spiritu disjuncta

ta est; nec quia pro capite virum habebat, ideo primarium caput ignoravit; sed mundo naturæque hæc tenus obsecuta, ut carnis legi, vel ei potius qui hanc carni legem indixit, satisfacere, totam se postea Deo consecravit. Enimverò divinus Salomon in Proverbiiis, feminam domi manentem, virumque amantem laudat, quæ honestè in domo versatur, ac muliebria officia virili & strenuò animo exequitur, semperque ad fusum & colum manus obfirmat, cæteraque omnia præstat, quæ ille de honesta & industriâ matrônâ prædicavit. Ego verò si ab his rebus laudandæ Elisabeth argumenta peterem, similiter facerem, ac si ab umbra statum laudarem, aut ab inguibus leonem, relictis majoribus & excellentioribus.

R. Manum suam misit ad fortia.
V. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.
X. Dispersionem, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Manum suam.

LECTIO VI.

Quam unquam dignior fuit, quæ in publicum se inferret, quamnam tamen rarius visa est? minusque virorum oculis visa est? quamnam oculos æquè frænavit? quamnam risum adeo irritis, adeo ut vel leviter subrisisse propemodum nimirum ipsi videretur? quamnam auribus suis januas magis imposuit? quamnam rursus eas divino sermone magis apertas habuit? imò quamnam mentem linguæ moderatricem magis præfecit ad pronuntiandas Dei justificationes? quamnam modum ordinemque labiis suis magis constituit? Unus illi rubor placbat, quem gignit pudor: unus candor, quem parit abstinentia.

R.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Dòmini mei Jesu Christi: **V.** Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **X.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Glória Patri. Quem vidi.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO VII.

Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesaurum abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

Rursum cœlestè regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quarit; sed unam pretiosam invenit, quam videlicet inventâ, omnia vendens emit: quia qui cœlestis vitæ dulcedinem in quantum possibilitas admittit, perfectè cognoverit, ea quæ in terrenis amaverat, libenter cuncta derelinquit: in comparatione ejus viliscunt omnia, deserit habita, congregata dispersit: inardescit in cœlestibus animus, nihil in terrenis libet: deforme conspicitur, quicquid de terrænè rei placèbat spècie; quia sola pretiosa margarita claritas fulget in mente.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & sedit clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ: **V.** Et loquebatur de testimoniis Dòmini. **X.** Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et loquebatur.

LECTIO VIII.

Rursus simile esse regnum cœlorum sagænæ in mare misse dicitur, ex omni genere piscium congreganti, quæ impleta ad litus educitur, & in vasis boni pisces eliguntur, mali autem projiciuntur

foras. Sancta Ecclesiâ sagænæ comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad ætèrnum regnum à præsentis sæculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profundo mergatur. Quæ ex omni genere piscium congregat; quia ad peccatorum veniam sapienter & fatuos, liberos & servos, divites & pauperes, fortes & infirmos vocat.

R. Invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ, & proposui illam regnis & sèdibus: **V.** Et divitias nihii esse duxi in comparatione illius. **X.** Mellior est enim sapientiæ cunctis opibus pretiosissimis. Et divitias. Glória Patri. Et divitias.

LECTIO IX.

Quæ sagænâ, scilicet Ecclesiâ, tunc universaliter replètur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt, & secus litus sedent; quia sicut mare sæculum, ita sæculi finem significat litus maris. In quo boni pisces in vasis eliguntur, mali autem projiciuntur foras; quia; & electi quique in tabernacula æternæ recipiuntur, & in æterni regni luce perditâ, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur.

Te Deum laudamus. 12.

In Vesp. à Cap. fit de SS. Septem Fratribus Martyr. cum Commemor. S. Elisabeth.

DIE X. JULII.

Tertia die infra Oct. S. Elisabeth. Fit de SS. septem Fratrib. Mart. ut in Breviario cum Commemoratione Octavæ in Laudib. In ij. Vesp. à Capit. fit de infra Octav. S. Elisabeth. cum Commemoratione SS. septem Fratrum Martyr. & S. Pii Papæ & Martyr.

DIE

DIE XI. JULII.

Quarta die infra Octavam Sanctæ Elisabeth.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
Serm. 45. de diversis, cap. 1.

Lectio iv.

Prestabit nobis qui diem istum commendavit in Sanctis suis, ut infirmitas vocis nostræ sufficiat intentioni vestræ. Et hoc quod gestamus in manibus, Scriptura scilicet quam videtis, commendat nobis inquirendam & laudandam mulierem quamdam, habentem magnum virum, eum qui invenit perditam, ornavit inventam. Attendite cuius membra estis, inspicite cuius filii estis. Mulierem fortem quis inveniet? Difficile est invenire eam; imò difficile est necesse eam. Nonne ipsa est civitas in monte, quæ abscondi non potest? quare ergo dictum est, Quis inveniet? cum dici debuerit, Quis non inveniet? Sed tu civitatem in monte positam vides: ut autem in monte poneretur, inventa est quæ perierat.

R. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: * Et concupiscet Rex decorem tuum. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Et concupiscet.

Lectio v.

Quando illustrata est, quis eam non videt? quando latebat, quis eam inveniret? Ipsa enim civitas est una illa ovis, quam perditam quaesivit ille pastor, & inventam gaudens in humeris reportavit. Ipse pastor, mons est; ovis autem in humeris ejus, civitas in monte.

Facile est ut videas eam collocatam in monte: quando eam invenires, cum lateret in vepribus, in spinis utique delictorum suorum? Ibi enim quaesisse magnum est; ibi invenisse mirabile est. Hæc ejus difficilis inventio commendatur, cum dicit: Mulierem fortem quis inveniet? quis enim, quia unus: non, quia nec unus.

R. Manum suam misit ad fortia: * Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. **V.** Dispserit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Manum suam.

Lectio vi.

Pretiosior est autem lapidibus pretiosus, quæ ejusmodi est. Quid magnum quia pretiosior est mulier hæc lapidibus pretiosissimis? Pretiosi lapides idèo dicti sunt, quia charitate valent. Jam ille vilis est, pretium perdidit, qui non habet charitatem. Doctrinam suam jactet licet, linguam suam jactet licet, audiat æstimatorem verorum lapidum matrônæ hujus, audiat, inquam, quemdam artificem ornamentum hujus inspectorem. Si linguis hominum loquar, inquit, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum eramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Jam non fulget, sed tinnit. Ergo discite lapides æstimare, negotiatores regni cælorum: nullus lapis nobis placeat, præter hujus mulieris ornamentum.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei, Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **V.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi.

In

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hæc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 2. in Mattheum cap. 13.

Thesaurus iste, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, aut Deus Verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus; aut sanctæ Scripturæ in quibus repõta est notitia Salvatoris; quem cum quis in eis invenierit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut illum possit habere quem reperit. Quod autem sequitur: Quem cum invenierit homo, abscondit: idcirco dicitur, non quod hoc de invidia faciat, sed quod timore servantis & nolentis perdere, abscondat in corde suo quem pristinis prætulit facultatibus.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ: * Et loquebatur de testimoniis Domini. **V.** Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus.

Lectio viij.

Aliis verbis id ipsum, quod supra dicitur. Bonæ margaritæ, quas quaerit institor, Lex & Prophetæ sunt. Unum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Salvatoris, & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcenum. Quod cum invenierit homo negotiator, similis Pauli Apostoli, omnia Legis, Prophetarumque mysteria, & observationes privatas, in quibus inculpate viverat,

quasi purgamenta contemnit & quaesquilias, ut Christum lucrificat. Non quod inventio veterum margaritarum condemnatio sit veterum margaritarum; sed quod comparatione ejus omnis alia gemma vilior sit.

R. Invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis & sedibus: * Et divitiæ nihil esse duxi in comparatione illius. **V.** Melior est enim sapientiæ cunctis õpibus pretiosissimis. Et divitiæ. Gloria Patri. Et divitiæ. Lectio nona dicitur de S. Pio Papa & Mart.

Vesperæ dicuntur de S. Joanne Gualberto Abbate, cum Commem. Octavæ & SS. Naboris, & Martyrum.

DIE XII. JULII.

Quinta die infra Octavam Sanctæ Elisabeth.

Fit de Sancto Joanne Gualberto, cum Commem. Octavæ & SS. Naboris, & c. marty. ut in Breviario.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Anacleti Papæ & Martyris, & Octavæ.

DIE XIII. JULII.

Sexta die infra Octavam Sanctæ Elisabeth.

Fit de Sancto Anacleto Papa & Mart. ut in Breviario, cum Commemoratione Octavæ in Laudibus.

Vesperæ de Sancto Bonaventura Episcopo & Doct. cum Commem. Sancti Anacleti, & Octavæ.

DIE XIV. JULII.

Septima die infra Octavam Sanctæ Elisabeth.

Fit de Sancto Bonaventura Episcopo & Doctore, ut in Breviario, cum Commem. Octav. in Laudibus.

In Vesperis à Capitulo fit de Oct. S. Elisabeth ut in j. Vesp. festi, cum Commem. S. Bonaventuræ.

DIE

DIE XV. JULII.

In Octava Sanctæ Elisabeth viduæ.
Duplex.

Omnia ut in die Festi, præter
Lectiones primi Nocturni, quæ dicuntur
de Scriptura occurrente, &
Lectiones secundi & tertii Nocturni,
quæ dicuntur ut infra.

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Augustini
Episcopi.

Unde supra, cap. 12.

Lectio iv.

Duplicia pãllia fecit viro suo.
Jam acclamãtis credo, quod
agnõscitis, quæ sunt duplicia pãllia.
Laudes sunt, laudes dei, laudes
confessionis, laudes prædicationis.
Quare duplicia? Christum laudas,
Deum laudas, & hominem. Dupli-
citer laudas, simpliciter lauda. Dupli-
citer, quia homo est & Deus:
simpliciter, ut non sis fictus. Confi-
tere Deum: confitere hominem: lau-
da Deum in homine, lauda hominem
in Deo. Texit pretiosissimum illud
pallium laudis: In principio erat
Verbum, & Verbum erat apud Deum,
& Deus erat Verbum: hoc erat in
principio apud Deum. Texit &
aliud pallium, propter conversa-
tionem inter homines quotidianam:
Verbum caro factum est, & habitã-
vit in nobis.

¶ Audi filia, & vide, & incli-
na aurem tuam, & obliviscere popu-
lum tuum, & domum patris tui.
¶ Et concupiscet Rex decorem tuum.
¶ Specie tuã & pulchritudine tua
intende, prosperè procede, & reg-
na. Et concupiscet.

Lectio v.

Cap. 16.

Hic ergo ista laboriosa, vigi-
lans, sollicita, severè casti-
gans domum suam, surgens de noc-
tibus, intuens lucernam ne extin-
guatur, in tribulatione fortis, non-
dum receptis promissis pavens,

brachia sua in fsum confirmans,
non pigrum panem manducans. Ob
labores istos quasi paupertatis &
necessitatis secularis, quid erit
quia in diebus novissimis lætata est?
Quid erit? Audite: propter quam
spem ardeat lucerna nostra tota
nocte, nunc audite. Surrexerunt fi-
lii ejus, & ditati sunt. Modò in
paupertate vivimus, in paupertate
vigilamus: & cum morimur, in
paupertate dormimus; sed surgẽ-
mus, & ditabimur. Quæ illæ divi-
tiæ sunt Angelorum? unam vestem
habent lucis: nunquam tertiur,
numquam sordidatur. Si filius es
mulieris hujus, atende quando ri-
bi divitiæ promittantur. Surrexerunt
filii ejus, & ditati sunt, parati
resurrectionis divitias accipere.
Noli has amare, ut merearis ad il-
las venire.

¶ Manum suam misit ad fortia:
¶ Manum suam aperuit inopi, &
palmas suas extendit ad pauperem.
¶ Dispensit, dedit pauperibus, jus-
titia ejus manet in seculum seculi.
Manum suam.

Cap. 17. & 18.

Lectio vi.

ET vir ejus laudavit eam. Mul-
tae, inquit, filiae fecerunt po-
tentiam. Laudes sunt, quibus eam
laudat vir ejus. Quæ filiae, quibus
haec comparatur? Non comparatur.
Tu autem superasti. Attendite ergo
vos, jam in fine lectionis sumus.
Multae filiae fecerunt potentias, mul-
tae locutæ sunt linguis, scièrunt om-
nia sacramenta, fecerunt virtutes
multas, demonia excluserunt, res
suas pauperibus distribuèrunt, cor-
pora sua ignibus tradiderunt: infla-
tae sunt, quia charitatem non ha-
buèrunt. Tu autem superasti & su-
perposuisti omnes, non solum flore,
sed & fructu grãvida abundans.
Date illi de fructibus manuum sua-
rum.

Lectio viij.

rum. Quid date? Ventre benedicti
Patris mei. De quibus fructibus man-
uum ejus? Esurivi enim, & dedi-
disti mihi manducare. Et quod illi
deinde negotium erit, finitis labo-
ribus? Et laudetur in portis vir
ejus. Ipse erit portus laborum nos-
trorum, videre Deum, laudare
Deum.

¶ Regnum mundi, & omnem or-
natum seculi contempsi propter
amorem Domini mei Jesu Christi:

¶ Quem vidi, quem amavi, in
quem credidi, quem dilexi. ¶ Eruc-
tavit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea Regi. Quem
vidi. Glória Patri. Quem vidi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum
Matthæum.

Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis parabola hanc: Si-
mile est regnum caelorum thesauro
abscondito in agro. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini
Episcopi.

Unde supra, quest. 16.

Ideo omnis scribe doctus in regno
caelorum, similis est homini pa-
trifamilias, qui profert de the-
sauro suo nova & vetera. Utrum
istã conclusionẽ exponere voluit,
quem dixerit thesaurum in agro abs-
conditum? quoniam sanctæ Scrip-
turae intelliguntur, quæ nomine
duorum Testamentorum novi & ve-
teris concluduntur: quemadmodum
apud alium Evangelistam gladium
bis acutum tali conclusionẽ videtur
exponere.

¶ Os suum aperuit sapientiae, &
lex clementiae in lingua ejus: con-
sideravit semitas domus suae. ¶ Et
loquebatur de testimoniis domini.
¶ Gustavit & vidit quia bona est
negotatio ejus, non extinguetur
in nocte lucerna ejus. Et loquebatur.

AN quia in parabolis ista locu-
tus est, & cum quaesisset ab
eis utrum intellexissent, responde-
runt, se intellexisse? Fortasse istã
similitudine ultimã patrifamilias
profertentis de thesauro suo nova &
vetera, ostendere voluit eum doc-
tum habendum esse in Ecclesia,
qui etiam scripturas veteres, paraboli-
cas explicatas intellexit, ab istis no-
vis accipiens regulas: quia & ista
Dominus per parabolas enuntiavit,
quamvis ipse Christus esset finis il-
lorum, id est, ut in eo illa vetera
complerentur.

¶ Invocavi, & venit in me spiri-
tus sapientiae, & praeposui illum reg-
nis & sedibus: ¶ Et divitias nihil
esse duxi in comparatione illius.
¶ Melior est enim sapientia cunctis
opibus pretiosissimis. Et divitias,
Glória Patri. Et divitias.

Lectio ix.

UT si ipse, in quo illa com-
plentur & manifestantur, per
parabolas adhuc loquitur, donec
ejus passio velum discindat, ut ni-
hil sit occultum quod non reveletur:
multo magis illa, quæ ad com-
mendandam tantam ejus salutem tam
longe de illo scripta sunt, parabolis
operta esse noverimus: quæ cum
Judei ad litteram acciperent, no-
luerunt esse docti in regno caelo-
rum, neque transire ad Christum,
ut auferretur velamen, quod supra
eorum positum est.

Te Deum laudamus. 12.

Vesperæ dicuntur de Festo Triumphi
Sanctæ Crucis, cum Commemo-
ratione Octavæ Sanctæ Elisabeth.

DIE XVI. JULII.

In Festo Triumpho S. Crucis.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. O mag-
num, cum reliquis de Laudibus.

Psal-

Psalmus. Dixit Dominus, cum reli-
quis de Dominica, & loco ultimi
Psalmus Laudare Dominum omnes
Gentes.

Capitulum.

Galat. 6. d.

Mihi autem absit gloriari, ni-
si in cruce Domini nostri
Jesu Christi: per quem mihi mun-
dus crucifixus est, & ego mundo.

Hymnus.

Vexilla regis prouident,
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quae vulnerata lanceae
Mucrone dicit, crinem
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit unda & sanguine.
Impleta sunt, quae concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cujus brachius
Praetium pependit saeculi,
Statera facta corporis,
Tulitque praedam tartari.
O Crux ave spes unica,
In hac triumphi gloria
Pis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te, fons salutis Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde praemium.
Amen.

V. Adoramus te Christe, & benedi-
cimus tibi. **R.** Quia per Crucem
tuam redemisti mundum.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Crux, splendidior cunctis astris,
mundo celebris, hominibus multum
amabilis, sanctior universis: quae
sola fuisti digna portare talentum
mundi: Dulce lignum, dulces cla-

vos, dulcia ferens pondera: salva
prasentem catervam in tuis hodie
laudibus congregatam.

Oratio.

Deus, qui per Crucem tuam
populo in te credenti trium-
phum contra inimicos concedere
voluisti: quaesumus, ut, tua
tate adorantibus Crucem, victo-
riam semper tribuas & honorem. Qui
vivis, &c.

Ad Mantium, Invitatorium.

Regem Dominum, qui pependit in
ligno, **V.** Venite, adoremus. **Re-
sponsum.** Venite, exultemus, i.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi
Lauream certaminis,
Et super Crucis trophaeo
Dic triumphum nobilem:
Qualiter Redemptor orbis
Inmolatus vicerit,
De parentis protoplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Dama ligni ut solveret.

Hoc opus nostrae salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medellam ferret indẽ,
Hostis undẽ laserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Conditor,
Atque ventre virginali
Carne amictus prodit.

Vagit infans inter arcta
Conditus praesepia:
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat:
Et Dei manus, pedesque
Stricta cingit fasciã.
Semperiterna sit beatae
Trinitati gloria;

Æqua

Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito:

Unius Trinique nomen

Laudet universitas. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Dulce lignum, dulces clavos, dul-
ce pondus sustinuit: quae sola dig-
na fuit portare pretium hujus sæ-
culi. **Psalm.** Domine Dominus nos-
ter. 4. **Antiph.** O Crux admirabi-
lis, evacuatio vulnerum, restituo-
tio sanitarum. **Psalmus.** Caeli enar-
rant. 11. **Añã.** Adoramus te Chris-
te, & benedicimus tibi: quia per
Crucem tuam redemisti mundum.
Psalm. Domini est terra. 23. **V.** Hoc
signum Crucis erit in caelo. **R.** Cum
Dominus ad judicandum venerit.
De Epistola beati Pauli Apostoli
ad Galatas.

Lectio j.

Quicumque ex operibus legis
sunt, sub maledicto sunt.

Scriptum est enim: Male-
dictus omnis, qui non permanserit
in omnibus, quae scripta sunt in li-
bro legis, ut faciat ea. Quoniam au-
tem in lege nemo justificatur apud
Deum, manifestum est: quia justus
ex fide vivit. Lex autem non est ex
fide, sed, Qui fecerit ea, vivet in
illis. Christus nos redemit de male-
dicto legis, factus pro nobis male-
dictum: quia scriptum est: Male-
dictus omnis qui pendet in ligno: ut
in gentibus benedictio Abrahae fieret
in Christo Jesu, ut pollicitationem
Spiritus acciperemus per fidem.

V. O Crux benedicta, **V.** Quae sola
fuisti digna portare Regem caelõ-
rum, & Dominum. **V.** O Crux
gloriosa, o Crux veneranda. Quae
sola.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio ij.

Cap. 2.

Hoc enim sentite in vobis, quod
& in Christo Jesu: qui cum
in forma Dei esset, non rapinam ar-

Pars Æstiva.

bitratus est esse se æqualem Deo:
sed semetipsum exinavit, formam
servi accipiens, in similitudinem
hominum factus, & habitu inven-
tus ut homo. Humiliavit semetip-
sum factus obediens usque ad mor-
tem, mortem autem crucis. Propter
quod & Deus exaltavit illum,
& donavit illi nomen, quod est su-
per omne nomen: ut in nomine Je-
su omne genua flectatur caelatum,
terrestrium, & infernorum: & om-
nis lingua confiteatur quia Domi-
nus Jesus Christus in gloria est Dei
Patris.

V. O Crux gloriosa, o Crux vena-
randa, o lignum pretiosum, & ad-
mirabile signum! Per quod & dia-
bolus est victus, & mundus redemp-
tus. **V.** O Crux admirabilis, eva-
cuatio vulnerum, restitutio sanita-
tum! Per quod.

De Epistola ad Colossenses.

Lectio iij.

Cap. 2. b.

In Christo inhabitat omnis peni-
tudo divinitate corporaliter
& estis in illo replati, qui est ca-
put omnis principatus, & potestatis:
in quo & circumcisus & estis cir-
cumcisione non manu facta in ex-
polutione corporis carnis, sed in
circumcisione Christi: conscripti ei
in baptismo, in quo & resurrexistis
per fidem operationis Dei, qui
suscitavit illum a mortuis. Et vos
cum mortui essetis in delictis, &
praecipio carnis vestrae, convivisti-
cavit cum illo, donans vobis om-
nia delicta: delens quod adversus
nos erat chirographum decreti,
quod erat contrarium nobis, & ip-
sum tulit de medio, attingens illum
cruci: & expolians principatus,
& potestates tradidit confidenter, pa-
lam triumphans illos in semetipso.

V. Hoc signum Crucis erit in caelo,
cum Dominus ad judicandum ven-
nerit: **V.** Tunc manifesta erunt ab-

Ttt

con-

cóndita cordis nostri. **V.** Cúm séderit Filius hóminis in sede majestatis suae, & cœperit judicare sæculum per ignem. Tunc Gloria Patri. Tunc.

In secundo Nocturno, Antiphona. Salvátor mundi, salva nos, qui per Crucem & sanguinem tuum redemisti nos, auxiliare nobis, te deprecámur Deus noster. **Psalm.** Deus noster refugium. 49. **Antiph.** Crux benedicta ni et, Dóminus quæ carnea pepéndit, atque cruce suo vulnera nostra lavit. **Psalm.** Omnes Genes. 49. **Añsa.** Nos autem gloriari oportet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi. **Psalmus.** Magrus Dóminus. 49. **V.** Adorámus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mñdum.

Ex Roderico Archiep. Toletano.

Lectio iv.

Alphónsus Castellæ Rex, cogno-
mónto Bonus, cupiens
damna Christiánis à Mauris (Bæ-
tiam, totamque illam australem
Hispaniæ plagam possidentibus)
illata resarcire (semel enim ab
eis fuerat superatus) magnum con-
flavit exercitum: Reges finitimos
ac Dynastas sollicitavit. Condo-
nationes à Summo Pontífice In-
nocentio Tértio impetravit, ut in
eo pio bello qui caderent, nullis
capitalibus commissis præpedirén-
tur, quo minus ad caelos statim
evolarent. Quare tantus ardor tuén-
diæ Christianæ dittonis ac pietatis
plerosque invásit, ut flagitium fla-
gitiosissimum ducerent, a tam piis
castris abesse. Ingéntes Tolétum co-
pie jam ad regem Alphónsum con-
fluxerant: jam Petrus Aragoniæ
Rex haud contemnendam manum
contraxerat: jam Regem Navarrae

Sánctium adventare fama vulgáve-
rat: jam Próceres, jam Episcopi,
(sed Toletánus ante alios) fulgên-
tibus stipati catervis, regium latus
cingebant, cum omnes non sine
nomine Christi protécti, dittonem
Maurórum invádunt.

R. Dulce lignum, dulces clavos,
dulce pondus sustinuit: * Quæ
sola digna fuit portare prætium
hujus sæculi. **V.** Hoc signum Cru-
cis erit in cælo, cum Dóminus
ad judicandum venerit. Quæ sola
digna.

Lectio v.

Nónnulla sunt in via óbiter ex-
pugnata oppida ignobilia. Sed
quinto denique die Calatravam,
quæ firmo Maurórum presidio tene-
batur, primo impetu capiunt.
Alarcos deinde ducunt; ubi se Rex
illis Navarrae conjunxit. Maurórum
rex, qui ingéntem Giénnium con-
traxerat exercitum, ubi nostros
côpperit in radicibus móntium con-
sedisse, equitatus partem præmisit,
quæ móntium ad angustias incom-
positos insidiis exciperet, ipse len-
tiori gradu cum reliquo subsequen-
tium exercitu. Alphónsus tamen Rex
equitum jam turmam miserat ad
summa móntium occupanda, qui
fugatis strénuè Mauris, montis pla-
nitiam (Navas Tolose vocant) ten-
nuere, castris locum delegere. Lau-
tus Alphónsus, quod cacumina sui
móntium profligatis hóstibus tenu-
nuissent, omnem jubet exercitu-
m eò conscendere. Difficilis
ádmódu erat ascensus, sed á
peritis locórum turmatum ductis
ad fastigia montis omnes evasé-
runt, & eo die proximóque præ-
lio abstinerunt. Nocte mediá,
quæ diem á superatio monie se-
cundam est consecuta, Christiá-
ni voce præconis jubentur men-
tes per sacramentalem confessionem

mun-

mundare, cõpora curare, arma,
equos expedire, signum pugnae pri-
mã luce intenti expectare. Quod
tam omnium plausu gratulatione-
que excẽptum est, ut noctem, quod
tarda iret, incusarent.

R. Crux alma fulget, per quam sa-
lus reddita est mundo: * Crux
repellit omne crimen, alleluia.
V. Crux vincit, Crux regnat. Crux.

Lectio vi.

Ortã luce, & à multis sacrã ac-
ceptã Eucharistiã, ab aliis
Archiepiscopali benedictiõne loco
communiónis susceptã, Alphónsus
educit omnibus copiis aciem ins-
truxit, curas inter Reges ac Pro-
ceres partivit. Haud tamen potest
summatim dici, quem quisque lo-
cum tenuerit, quam quisque partem
tuendam acceperit: satis ex evẽntu
perspicuum est, omnia præclarissi-
ma pientissimæque obiisse. Consertis
igitur manibus (ut reliqua nunc
prætermittamus) ácriter pugnatum
est, accepsque diu victoria fuit,
adeo ut Alphónsus Rex ad Toletã-
num Antistitem diceret: Eja Ar-
chiepiscopo, hic nos, hic moriamur.
Cui Archiepiscopus: Nequãquam
moriemur, ó Rex, imo feliciter vin-
cẽmus. Quod & faventibus Súperis
factum est. Nam Mauri victi, ac
occisione occisi sunt. Rex eorum
cum quatuor equitibus prælio fugã
se subduxit. Ducẽta millia Mau-
rórum occisa memorantur, cum ex
nostris viginti quinque solum fue-
rint desiderati. Miraque in hoc
prælio contigérunt. Numerus pri-
mum occisorum in tanta paucitate
Christianórum. Crux item in medio
conflictu, cum nostri maxime labo-
rare viderentur, Alphónso, quam
plurimisque aliis visa est in aère.
Præterea Crux, quæ præsulem an-

te Toletánum de more gestabatür
bis (incolumi signifero Dominico
Paschasio Toletãno Ecclesiæ Ca-
nónico) aciem hostium subarta pe-
netravit. Denique ad præsentiam
imaginis beatae Virginis Mariæ,
quæ in vexillis régis depicta erat,
ingens Maurórum multitudo cõr-
ruit. Quare, & quod Christiánis
symbolum ac insigne Crux erat,
Triumphus sanctæ Crucis hæc præ-
clara victoria appellata est, obtenta
decimo septimo Kalendas Au-
gusti, anno Dómini millesimo au-
centesimo duodécimo.

R. Tuam Crucem adorámus Dómi-
ne, tuam gloriosam recõlimus pas-
sionem: * Miserere nobis, qui
passus es pro nobis. **V.** Adorámus
te Christe, & benedicimus tibi,
quia per Crucem tuam redemisti
mundum. Miserere. Glória Patri.
Miserere nobis.

In tertio Nocturno, Antiphona.

O Crux benedicta, quæ sola fuisti
digna portare Regem cælorum, &
Dóminum. **Psalm.** Cantate. 1. 78.
Añsa. Hec signum Crucis apparẽbit
in cælo, cum Dóminus ad judican-
dum venerit. **Psalmus.** Dominus
regnavit, exultet. 78. **Añsa.** Super
omnia ligna cedrorum, tu sola ex-
celsior, in qua vita pepéndit, in
qua Christus triumphavit, & mors
mortem superavit, in æternum.
Psalm. Cantate. 118. **V.** Omnis
terra adoret te Deus, & psallat tibi.
R. Psalmum dicat nomini tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis: Cùm audieritis præ-
lia & seditiones, noite terrenti opor-
tet primùm hæc fieri, sed nondiũ
statim finis. Et reliqua.

Ttr 2

Ho-

Homilia Sancti Gregorii Papae.
Homilia 34. in Evangelia.

Dominus ac Redemptor noster perituri mundi praecurrentia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quod fuerit praesentia. Mundi enim facula feruntur quae praevidentur: & nos tolerabilis mundi mali suscipimus, si contra haec per praesentiae clypeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis praelia & seditiones, nolite terreri; oportet enim primum haec fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quae nos aliud interitis, aliud exterius passuros esse denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet interitis exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti.

R. Per signum Crucis de inimicis nostris, **V.** Libera nos Deus noster, alleluia. **V.** Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis. Libera.

Lectio viij.

Sed his malis praevientibus, quia non statim finis sequatur, adiungit: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum; & terramotus magni erunt per loca, & pestilentiae, & fames, terroresque de caelo, & signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulationibus praevenerit, & per crebra mala quae praeveniunt, indicantur mala perpetua, quae subsequantur. Et ideo post bella & seditiones non statim finis; quia multa debent mala praecurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare.

R. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae: vicit leo de tribu Iuda, **V.** Radix David, alleluia. **V.** Crux benedicta, in qua triumphavit Rex Angelorum. Radix. Gloria Patri. Radix.

Lectio ix.

Sed cum tot signa perturbacionis dicta sint, oportet ut eorum considerationem breviter per singula perstringamus: quia necesse est, ut alia de caelo, alia de terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominum: erunt terramotus magni per loca, ecce respectus irae desuper: erunt pestilentiae, ecce inaequalitas corporum: erit fames, ecce sterilitas terrae: terroresque de caelo & tempestates, ecce inaequalitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur: & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur; ut impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

Te Deum laudamus. 12.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

O magnum pietatis opus! mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit. **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliquis de **Dñica.** 13. **Añs.** Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis, qui salvasti Petrum in mari, miserere nobis. **Añs.** Crucem tuam adoramus Domine: & sanctam resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus: ecce enim propter Crucem venit gaudium in universomundo. **Añs.** Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae, vicit leo de tribu Iuda, radix David, alleluia. **Añs.** Tuam Crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nobis qui passus es pro nobis.

Capitulum.

Galat. 6. d.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Hym-

Hymnus.

Lustra sex qui jam peregit,
Tempus implens corporis,
Sponte liberá Redemptor
Passióni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Immolandus stipite.
Felle potus ecce languet,
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforarunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavantur flumine!
Crux fidelis, inter omnes
Arbor una nobilis:
Sylva talem nulla profert
Fronde, flore, germine:
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinent.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas;
Et superni membra regis
Tende mihi stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre mundi victimam:
Atque portum preparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruor peronxit,
Fusus Agni corpore.
Sempiterna sit beatae
Trinitati gloria:
Æqua Patri, Filioque,
Par deus Paraclito:
Unius Trinitque nomen
Laudet universitas.
Amen.

V. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Ad Benedictus, Antiphona.

O Crux gloriosa, o Crux veneranda, o lignum pretiosum, & admirabile signum, per quod & diabolus est victus, & mundus redemptus.

Oratio.

Deus, qui per Crucem tuam populo in te credenti triumphum contra inimicos concedere voluisti: quoscumque, ut tua pietate adorantibus Crucem, victoriam semper tribuas & honorem. Qui vivis & regnas, &c.

Ad Tertiam, Antiphona. Salva nos. **Capitulum.** Mihi autem absit. ut sup.

R. br. Hoc signum Crucis * Erit in caelo. **Hoc. V.** Cum Dominus ad iudicandum venerit. Erit in caelo. **Gloria Patri. Hoc. V.** Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Ad Sextam, Antiphona. Crucem tuam adoramus. **Capitulum.**

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

R. br. Adoramus Christe, * Et benedicimus tibi. Adoramus. **V.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum. **Et. Gloria Patri. Adoramus. V.** Per signum Crucis de inimicis nostris. **V.** Libera nos Deus noster. **Ad Nonam, Antiphona.**

Tuam crucem adoramus. **Capitulum.**

In nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

R. br. Per signum Crucis, * De inimicis nostris. Per signum. **V.** Libera nos Deus noster. De inimicis. **Gloria Patri. Per signum. V.** Hoc signum Crucis erit in caelo. **R.** Cum Dominus ad iudicandum venerit.

In secundis Vesperis omnia dicuntur ut supra in primis; sed ad Magnificat dicitur sequens **Antiphona. O Crux benedicta,** quae sola

Tit 3

fuis

fuisti digna portare Regem cœlorum, & Dominum.

Deinde fit Commem. S. Alexii Confessoris.

DIE XVIII. JULII.

Fit de Festo Commem. Solemnis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo. Duplex major.

Omnia ut in Breviario Romano, sub hac die.

DIE XIX. JULII.

In Festo SS. Justæ & Rufinæ sororum, Virginum & Martyrum Hispanensium.

Duplex.

Omnia ut in Communi Virginum, lxvij. his exceptis, quæ hic assignantur.

Ad Vesperas, Hymnus.

Salvete claræ virginis,
Tutela præsens patriæ,
Virtutis, & constantiæ,
Exemplar admirabile.

Non vos chalybis rigidibus
Dum necit artus annulis,
Nec laminis candentibus
Catasa terret ignea.

Nec confragosa rupium
Calcata nudis plantulis
Fregere vos dispendia,
Sed hinc fides ut acrior.

Deinde victo sæculo,
Cœli subistis atria,
Rufina fuso sanguine,
Et Justa digna nomine.

Rosisque purpurantibus
Confessionis inclytæ
Intexuistis candida
Integritatis lilia.

Ergo triumphî nobilis
Sacris revinctæ laureis,
Palmas referitis duplices,
Agnum sequentes prævium.

Te, dux, coronâ Martyrum
Cum Patre, Christe, & Spiritu
In Trinitate simplici
Æterna laudent sæcula.

Amen.

W. Adducuntur Regi virginis post eam. **R.** Proxima ejus afferentur tibi.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Antiph. Prudentes virginis apatate vestras lâmpades: ecce sponsus venit, exite obviam ei.

Oratio.

Deus, qui virtutem tuam in vasis fictilibus (etiã fragilibus sexus) recõdens, sanctis Virginibus & Martyribus tuis Justæ & Rufinæ mirabilem fidei constantiam tribuisti: da nobis eãrum patrocinii, in tui amoris perseverare; & ad cœlestem coronam pervenire.

Per Dominum.

Ad Matutinum. Invitatorium.

Regem virginum Dominum, * Venite, adoremus. **Psalm. Venite. 1.**

Hymnus.

Quid sæve tortor unguis,
Judexque fractis, virginum
Plusquam virilis indolis
Miraris indolentiam?

Virtutis hoc altissima
Agnosce munus, pèrside,
Firmissimam constantiam
Qui debili dat sexui.

Sævire in actus fictiles,
Mercèsque eãrum tæsteas;
Sed non potestis cõditas
In his faces extinguere,
Quas ardor almi lóminis
Accendit, & dulcissimus
Sponsus cadentes excipit
Christus bravium Martyrum.

Et nunc precantur sèdulè
Pro gente Patrem, & Filium,
Et Spiritum Paraclitum,
Qui regnat omne in sæculum.
Amen.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Ex S. Isidori, & Breviarii Hispania.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Usta & Rufina sorores, Hispanenses, virginis castissimæ, facultatibus pauperes, sed virtutibus locupletés, cum Diocletianus in Christianis sæviret, fictilium mercimonio sese alébant, & tenuitate egenos sustentábant. Religiosè itaque, & in magna concordia domus suæ curam geréntes, vitam inculpatam transigebant. Accedit autem statuto quodam die Hispani Adonia celebrari. In quo festo mulierum quædam cum solitis ejulatibus, & clamoribus Salambone simulacrum (sic Venerem Syrii vocant) in pompa circumferébant, & ab omnibus passim in ejus dæmoni cultum aliquid erogari efflagitábant. Quæ cum obiter a sanctis sororibus stipem postularent, nec quidquam extorquerent, una ex eis, quæ idolum hujulábant, omnes fictilium merces indignabunda confrégit. Sed sanctæ virginis non frivolæ rei detrimento commotæ, sed religionis zelo succensæ, nefarium simulacrum a se deiecerunt, quod terræ illisum & comminutum, fictile etiã se probavit.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **Y. Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ intendere, prospere procede, & regna. Et deducet.**

Lectio v.

Re autem ad Diogenianum provincie Præsidem delatâ, quasi impietatis reas capi, & ad se adduci jubet. Quæ cum coram eo consisterent, de religione interrogatæ; se Christi famulas, & pro ejus nomine mori paratas esse, intrepidè responderunt. Admoverunt ergo vâria, & horribilia cruciatûs instrumenta, ac virginis hilares & Christum invocantes, equivoce suspensæ ferreis unguis exarantur. Sed cum in fidei confessione constantes, fessis etiã tortoribus, per-

sisterent, in carcerem tradi, & inde aliquot post dies extrahi jubentur; ut se longo itinere in loca ad montes Marianos sita (quò sibi juris dicendi causâ eundem erat) sequerentur, existimans ejus itineris difficultate, eãrum constantiam vinciri posse. Sed divinâ virtute rumpi, & montium prærupta, & aspera nudis pedibus magnâ animorum alacritate superârunt, & incolumi fide Hispanim redierunt: ubi cum sævissimis iterum cruciatibus eãrum fides frustra tentata est. Quorum immanitate, & diuturno carceris situ, & fame, Justa enectâ, Deo spiritum reddens, ad duplicem coronam evolavit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

Y. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

Rufina verò ad illa certamina sanctissimæ sorori superses, Præsidis jussu, in arenam producta, (ut Sanctus Isidorus refert) ferocissimo leóni objecta est. Qui, quasi virtutem cœlestem agnosceret, illasam eam, & intactam reliquit. Reducta ergo in carcerem, fractis à lictore cervicibus, gloriosum martyrium in vinculis consummavit. Cujus corpus a carnificibus in eãdem arenam tractum, combustum est. Ossa autem a Sabino Hispanensi Episcopo collecta, & in suburbano cœmeterio, honorificè sepulta sunt cum sororis Justicæ corpore, quod è profundo puteo, in quem jussu Diogeniani precipitatum fuerat, idem sanctus Episcopus extraxit.

R. Afferentur Regi virginis post eam, proximæ ejus * Afferentur tibi in lætitiâ & exultatione. **Y. Spécie**

Tt 4

posteriōres summi esse pretii significānt, sicut enim sināpis extenditur, sic quasi margarita pretiosissimum est, ac infantes exhibet commoditates ut thesāurus.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dñus vigilāntem invenit, quæ acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: * Et veniēte Dño, introivit cum eo ad nuptias. **V.** Mēdiā nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et veniēte.

Lectio vij.

Nec illud solum dicimus, quia cætera abiicienda sunt omnia, & sola prædicatio Evangelii retinenda; verum etiam magno id esse cum gaudio faciendum. Sanè qui renuntiatiōem bonorum facit, is nullam iacturam, sed quæstuosissimam facit mercatūram. Perpendis quomodo in mundo abdita atque celata prædicatio est, & in prædicatione summa felicitas recondita? Nisi ergo cunctas res tuas venundabis, non emes: nisi curiosè quæras, non invenies. Duo hæc quippè nobis ad salutem necessaria sunt, sæcularium rerum contemptus, & iugis vigilātia.

R. Mēdiā nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lampades, Ecce sponsus. Gloria Patri. Ecce.

Lectio ix.

Querenti enim, inquit, bonas margaritas; & cum invenisset unam pretiosam, vendidit quæcumque habebat, ac emit eam. Una quippe veritas, nec in multis scinditur partes, ac veluti qui margaritam habet, novit se divitem esse, etiam si aliis ignotum nonnumquam illud sit, cum parvo in lóculo margarita reconditur; sic & in prædicatione veritatis, qui ei adherent,

totòque animo illam amplectuntur, opulentes esse non ignorant, quamvis infidèles, thesauri vim non agnoscētes, fideliū opes contemnant.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus, ad Benedictus, Añs.

Quamvis plurimis blandimentis & minis Sancta Liberata expectaretur, ut fidem Christiānam pudiciamque desereret, stabilis, & firma in agōne permansit, & in cruce impollutum spiritum Deo reddidit.

Oratio. Beate Liberata, ut supra. 64.

Deinde fit Commem. S. Margaritæ Virginis & Martyris. Añs. Simile est regnum cælorum homini negotiatiōri quærenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intēde, prospere procedē, & regna.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata Margarita Virgo & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dñm, &c.

In secundis Vesperis ad Magnificat, Añs. O felix Liberata, à tyrannorum sævitia liberata! O gloriosa Wilgefortis, quæ ubique fortis in certamine reperta est! O Patrona admiranda civitatis, & Diocesis Seguntinæ, fac nos, tuis precibus ad gaudia cælestia, quibus fruēris, pervenire.

Oratio. Beate Liberata. 64.

DIE XXI. JULLII.

In Festo S. Camilli de Lellis, Fundatoris Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. Duplex.

Omnia de Comuni Confes. non Pontificis. liv. præter sequentiā.

Oratio.

Oratio.

Deus qui beatum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium subsidium singulari charitatis prerogativa decorasti: ejus, quæsumus, meritis Spiritum nobis tuæ dilectionis infunde; ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad cælestem mereamur coronam pervenire. Per Dñm. In unitate ejusdem, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Camilus Buccelānici Theatinæ Diocesis oppido ex nobili Lelliūrum familia natus est, matre sexagenaria, cui gravidæ visum est per quietem, puerulum Crucis signo in pectore munitum, & agmini puerorum idem signum gestantium præeuntem, se peperisse. Adolēscens rem militarem secutus, sæculi vitii aliquamdiu indulisit, donec vigésimum quintum agens ætatis annum tanto supernæ gratiæ lumine, divinæque offensæ dolore correptus fuit, ut uberrimo lacrymarum imbri illic perisus, antea vitæ sordes indecēdenter abstergere, novumque induere hominem firmiter decreverit. Quare ipso, quo id contigit, Purificationis beatissimæ Virginis festo die, ad Fratres Minores, quos Capuccinos vocant, convolsans, ut eorum numero adscriberetur, summis precibus exoravit. Voti compse semel atque iterum factus est; sed fœdo ulcere, quo aliquando laboraverat, in ejus tibia iteratò recrudescēte, divinæ Providentiæ majora de eo disponētis consilio humiliter se subjecit, siquæ victor, illius Religioni bis expectatum & susceptum habitum, bis dimisit.

R. Honēstum fecit illum Dñus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio vj.

Romam profectus in Nosocōmium, quod Insanabilem dicitur, receptus est; ejus etiam administratiōnem, ob perspēctas ejus virtutes, sibi demandatam summā integritate, ac sollicitudine verè paternā perēgit. Omnium agrorum servum se reputans, eorum sternere lécutos, sordes tēgere, ulcēribus medēri, agonice extrēmō piis precibus, & cohortationibus opem ferre solēne habuit; quibus in muneribus præclara præbuit admirabilis patientiæ, invictæ fortitudinis, & heroiæ charitatis exēpla. Verum cum animarum in extrēmis periclitantium, quod unicè intendēbat levāmini, subsidium litterarum plurimum confere intelligeret, triginta duos annos natus in primis grammaticæ elementis tyrocinium inter pueros iterum subire non erubuit. Sacerdotio postea ritè initiatus, nonnullis sibi ad junctis sociis, prima jecit Congregatiōnis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium fundamenta, irritò conatū obtinēte humani generis voce; nam Camillus cælesti hoste & Christi crucifixi, manus etiam de ligno avulsas admirandò prodigio protēdētis, simulachro emissā mirabiliter confirmatus, Ordinem suum à Sede Apostolica approbati obtinuit, Sodalibus quarto obstrictis maxime arduo voto, Infirmis, quos etiam pestis infecerit, ministrandi. Quod Institutum, quam foret Deo acceptum, & animarum salutū proficuum, Sanctus Philippus

pus Nérius, qui Camillo à sacris confessionibus erat, comprobavit; dum ejus altissimi decedentium agóni opem ferentibus Angelos suggerentes verba sæpius se vidisse testatus est.

R. Amavit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorricam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

ARetiõibus hisce vinculis ægró tantum ministério mancipátus, mirum est, quã alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deterritus vitæ periculis, diũ, noctũque ad supræmum usque spiritum eorũ commodis vigiláverit. Omnibus omnia factus, vilissima quaque officia demississimo obsequio, flexisque plerumque genibus, véluti Christum ipsum cerneret in infirmis, hilári, promptoque animo arripiebat; utque omnium indigentis præsto esset, generalem Ordinis Præfecturam, cœlique delicias, quibus in contemplatione defixus affluébat, sponte dimisit. Paternus verò illius erga miseros amor tum maxime effulsit, cum & Urbs contemptioso morbo primùm, deinde extrêmá annónæ laboráret inopiã, & Nolæ in Campánia dira pestis grassáretur. Tantã denique in Deum & próximum charitate exarsit, ut Angelus nuncupári, & Angelorũ opem in vario itinere discrimine experiri promeréretur. Prophezie dono, & grãtiã sanitarum prædiciũ, arcana quoque cordium inspexit; ejusque præcibus nunc cibaria multiplicata sunt, nunc aqua in vinum conversã. Tandem vigiliis, jejuniis, & assiduis attritus laboribus, cum pelle tantũ & ossibus constare videretur, quinque

moléstis æquẽ ac diótinis morbis, quos Misericórdias Dómini appellábat, fórtiter tolleráti, Sacramentis munitus, Romæ inter suavissima Jesu & Mariæ nómina, ad ea verba: Mitis, atque festivus Christus Jesu tibi aspéctus appareat; quã prædixerat horã, obdormivit in Dómino pridie Idus Julii anno salutis millésimo sexcentésimo decimo quarto, ætatis suæ sexagésimo quinto: quem plúribus illustrem miraculis Benedictus Decimus Quartus Beátis adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam.

* Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 83. in Joann. Evang.

Quid putamus, Fratres mei, numquidnam solum ejus de ista dilectione mandatum est, quã diligimus invicem? Nonne est, & aliud majus, ut diligamus Deum? Aut verò de sola Deo nobis dilectione mandavit, ut alia non requiramus? Tria certè commendat Apóstolus, dicens: Manent autem Fides, Spes, Charitas, tria hæc: major autem horum Caritas. Et si in charitate, hoc est, in dilectione concluduntur duo illa præcepta, major tamen dicta est esse, non sola. De fide igitur nobis quam

DIE XXIV. JULII.

In Vigilia Sancti Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Apostoli & Patróni.

Fit de S. Vincentio à Paulo Conf. Dupl. ut in Brev. Rom. die xix. hujus cum ix. Lect. Homil. & Commem. Virg. & S. Christianæ in Laudibus. Ubi vero fiat ac Vig. ut sequitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio j.

Cap. 3. b

In illo tempore: Ascendens Jesus in montem vocavit ad se quos voluit ipse: & venérunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Marc. cap. 16.

Certi utique grãtiã mystèrii, ut videlicet mundi salutem quam verbo prædicarent, suo quoque número commendarent. Ter etenim quaterni duodecim faciunt, & ter quaterni ad prædicandum sunt missi Apóstoli, ut per universas quadrati orbis plagas baptizarent Gentes in nómine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Undè & de civitate sancta Jerusalem descendente de celo à Deo, scriptum est, quia erant ei ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres. Ubi figuráliter ostenditur, quòd prædicantibus Apóstolis, Apostolorumque successoribus, cunctæ per orbem nationes in fide sanctæ Trinitatis Ecclesiã essent ingressuræ.

Responsoria de Feria occurrente.

Lectio ij.

Et ut mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & ejiciendi demonia. Postquam nefandus spiritus se præ-

multa mandata sunt, quam multa de spe: quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intueamur quod ait idem Apóstolus: Plenitudo legis charitas.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dóminum:

* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

Ubi ergo Charitas est, quid est, quòd possit deesse? Ubi autem non est, quid est, quòd possit prodèsse? Dæmon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustrã quidem, sed tamen potest sperare veniam qui non diligit: nemo autem potest desperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessario Fides, & Spes: & ubi dilectio próximi, ibi necessario etiã dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quòmodo diligit próximum tanquam se ipsum: quòmodoquidem non diligit & se ipsum? Est quippe impius, & iniquus: qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dñm suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis, quã horã Dóminus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix. de Sancta Praxede Virginis ut in Breviario Romano, & Commemoraz. ejus in Laudibus.

Te Deum laudamus. 12.